Monte Oliveto

A.° 1234.

DELLA VITA E GESTA
D I
NICCOLO' BIELKE
FU SENATORE AMPLISSIMO DI ROMA.

SCRITTA DAL PADRE

FR. FRANCESCO
DELLO SPIRITO SANTO

Dell' Ordine Scalzo della SS. Trinità della Redenzione de' Schiavi, Consultore della Sagra Congregazione delle Indulgenze e Sacre Reliquie, e Qualificatore della Santa Romana Universale Inquisizione.

VENEZIA,
MDCCLXX.

PRESSO ANTONIO GRAZIOSI,
CON *LICENZA DE' SUPERIORI.*

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XIV.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

MUlta sunt, Beatissime Pater, eximiæ virtutis plena immortalium virorum facta, quæ scriptis, memoriæque mandata, legentium animos admiratione commotos ad rectam vivendi rationem, æternamque laudem feliciter traduxerunt. Trahimur enim omnes pulcherrima virtutis specie, & optimis quisque illorum maxime excitatur exemplis, qui multis perpessis laboribus, subactisque periculis, beatam in Cœlis sedem sunt consecuti. Hæc mecum ipse cogitans, statui clarissimi viri Nicolai Bielke, qui amplissimus Urbis Senator postremo decessit, actæ laudabiliter vitæ simplex contexere commentarium, quale omnino naturalis, quam semper colui, mihi veritas dictavisset. Quapropter, ne quæso,

quis putet, me quidpiam in hac describenda vita posuisse laboris; ut sonantibus verbis, uberibusque sententiis, legentes studiose allicerem, devinctosque sermonis suavitate morarer. Ultro enim fateor, narrationem hanc meam longe disparem argumento fore, quod pertractandum suscepi, nec dignam, rudis, atque inculta cum sit, quam diserti homines intueantur; id vero candide cum ipse fatear, intelligi vix poterit, quo igitur consilio, eam tibi, Beatissime Pater, obsequenter inscripserim, qui divinarum humanarumque cognitionibus mirifice excellis, quique a teneris usque unguiculis praeclara exquisite dicendi facultate imbutus, nunc quoque quidquid tibi superest otii a Religionis officiis, atque a gravissimarum Christianae Reipublicae rerum tractatione, in politiva studia, tamquam in hortum amenissimum recreari soles. Sed illa me ad hoc impulit antiquae legis necessitudo, quae tibi cum Nicolao, in Urbe dum viveret, jucundissima intercessit. Impulit fides, observantia, honor, quae maxima erga te palam, & ex intimo corde profitebatur. Quem enim, Beatissime Pater, arctissime non obstringat summus ille animi tui candor, & optimae mentis conscientia, quae te adeo spectabilem, suavemque omnibus reddunt! Hae sunt aliarum virtutum, quibus sane multis es praeditus, quasi Principes, & Dominae; ut in aliis neminem tibi anteponere, in hisce ne conferre quidem possum? Nam de prudentia, de pietate, de justitia, aliisque nihil omnino dicam, ne videar assentari; nec de beneficentia quidem, quae ita profecto eminet, ut non qui eam laudet assentator, sed qui non laudet, malevolus existimetur, cum omnibus ad benemerendum sis natura maxime propensus. Hisce praesertim rationibus Tibi, prae caeteris, mittenda Nicolai haec vita erat; hominis videlicet, in quo hujusmodi tuarum virtutum non obscura fulgebat imago, & cui sane, ut omnibus compertum est, pio, prudenti, munifico instar exempli eras. Satis superque habeto, Beatissime Pater, si exiguae hujus scriptionis meae ab assiduis curis paulisper dum vacas, te unum benevolum lectorem mihi impetrare contingat; maxime cum tua singularis humanitas, si quid in orationis concinnitatem peccaverim, facilem, ut spero, datura scribenti sit veniam. Sed nunquid

alii

alii oculos non convertant in hoc Commentarium? Licet non elaboratum, non eloquens, complectitur illud tamen uberrima nobiliorum virtutum exempla, quæ animos fervidissimo in Deum amore, ac Christiana in mundi contemptum fortitudine inflammare valent. Intelligent hinc enim Christi fideles quanta invicto robore pertulerit vir, inter suos genitus fere Princeps, opibus potens, auctoritate valens, cunctis charus, observatus, excultus; ut rejectis, in quibus erat edoctus, Luteranæ sectæ erroribus, veræ Christi Domini fidei nomen daret, eamque palam profiteretur. Ipsi utique compertum erat, se Catholicum jam factum illico e regno depulsum iri, quodque erat acerbius, invisum Parentibus fieri, ab amicis desertum, cunctisque fortunæ bonis exhæredatum; attamen, Deo vocante, maluit in sinum S. R. E. ita confugere, quam divitiis, & honoribus in hoc mundo affluens, coronam in Cœlis ammittere sempiternam. Hujus profecto hominis, Beatissime Pater, tui vere amantissimi, percurrere vitam, constantiam, egregia facta non poteris; quin te maxima voluptate perfundi sentias. Tantam ego, scribendo, capiebam animo, quantam aliis explicare non valeo. Tu interea benigno excipe vultu munusculum boc meum, quod habebis in meæ erga te perpetuæ voluntatis, atque observantiæ argumentum, & Deus Optimus Maximus, qui vere ad summi Pontificatus apicem te vocavit, in eodem te diutissime superstitem Catholicæ Romanæ Ecclesiæ servet felicitati & gloriæ, &c.

Humillimus servus & osculans sanctissimos pedes.
Jo. Francisc. a Spiritu Sancto.

DEL-

DELLA

VITA E GESTA
DI NICCOLO' BIELKE

FU SENATORE AMPLISSIMO DI ROMA.

Stokholm nella Svezia è la Metropoli, (*a*) Città veramente reale e amenissima, fondata presso sei Isole non molto fra se disgiunte, ed illustre per l' ampiezza del Porto, capace a far sicure molte navali Armate dall' impeto de' venti, e dalle borascose tempeste del mare; ed ivi pure s' innalza il superbo Palazzo reale, delizioso per il giardino, che lo distingue.

In Stokholm adunque nell' anno 1706. il dì 20. Febbrajo, (*b*) nacque il Co. Niccolò Bielke, fu Senatore di Roma, da Carlo Gustavo Bielke, e da Brigida Soffia Horn suoi Genitori, ambedue cospicui per l' antica nobiltà di loro Famiglie.

Il giorno dopo il suo nascere fu tenuto al Sacro Fonte, onde purgarsi col Sacramento del Battesimo, da Edwige Eleonora Regina di Svezia, che poco prima era stata moglie di Carlo X.

In quest' atto di Religione ebbe la comitiva di non pochi Principi del Regno, come raccogliesi dalle scritte memorie, ch' io conservo, del suo nascimento.

Li Genitori del nostro Conte, oltre a Niccolò, dierono al mondo due figlie; l' una morì prima di maritarsi, e l' altra, che oggidì ancor vive, e ch' è unica Erede della stirpe Bielke, contrasse matrimonio con un Signore di pari nobiltà, della Famiglia Spar.

La Prosapia Bielke riconosce la sua Nobiltà, (*c*) veramente chiarissima, fino da più rimoti secoli. Sul reale Soglio di Svezia vide nel 1436. Brigida Bielke moglie di Carlo VIII., e nel 1585. Gninilla Bielke, che fu pur moglie del Re Giovanni III. il quale morì nel seno della Cattolica Religione.

Ancor fanciullo, tolto dalla Nutrice, che l' aveva allattato e custodito, venne dato ad un opportuno Rettore, onde ne' primi letterarj elementi fosse istruito; con il medesimo fu condotto alla piena di delizie villa Paterna, chiamata *Salstad*, ch' è poco lungi da Stokholm; nel qual luogo era

(a) Patria di Niccolò. (b) Sua Nascita. (c) Sua Genealogia.
(d) Sua Infanzia.

DE
VITA, ET REBUS GESTIS
NICOLAI BIELKE
AMPLISSIMI OLIM URBIS SENATORIS.

Olmia in Svecia, (a) Urbs præcipua eſt, eademque regalis, & amæniſſima, ſex juxta inſulas non longe disjunctas ædificata, pulcherrima ornata Portus latitudine, in qua plurimæ claſſes ab irruentibus procellis maris, atque a ventorum impetu tuto fulciuntur; ibique etiam adeſt Regis magnificum Palatium, quod venuſto, plenoque deliciarum vireto oblectat.

Holmiæ igitur decimo Kalendas Februarii (b) Comes Nicolaus Bielke olim Urbis Senator natus eſt Carolo Guſtavo Bielke, & Birgitta Sophia Horn, parentibus priſca nobilitate conſpicuis anno 1706.

Poſtridie ſuæ Nativitatis Sacramento Baptiſmi expiaturus, ab illa Sveciæ Regina ſacro Fonti admotus fuit, quæ paulo ante Caroli X. uxor extiterat, nomine Hedwige Eleonora.

In hunc religionis actum non parvo Regni Principum agmine comitata fuit, quemadmodum e ſui ortus chirographo penes me ſervato fertur.

Comitis noſtri Parentes duas, præter Nicolaum, filias procrearunt; quarum altera fato periit, quin ad matrimonium perveniret; adhuc altera vivens, quæ hujus in præſenti Familiæ Bielke una eſt hæres, quæ cum viro æqualis generis ſe rite conjunxit cui cognomen eſt Spar.

Non parva ab hinc Sæculorum ſerie Familia hæc Bielke, (c) vere clariſſima, ſuam agnovit priſcam nobilitatem. Etenim anno 1436. in Solis regali Sveciæ Birgittam Bielke Caroli VIII. uxorem proſpexerat; eademque anno 1585. Gninillam Bielke identidem uxorem etiam Joannis III. Sveciæ Regis habuerat, qui viam univerſæ carnis Religione Catholicus obierat.

Adhuc puerulum, ab ea, quæ ablactaverat, (d) ac cuſtodierat, Nutrice abſtractum, Rectori apto primis litterariis elementis inſtruendum Parentes tradidere; cum quo ſimul in villam ſuam, Salſtad nuncupatam, quæ parum Holmia diſtat, deliciis undequaque refertam, ductus fuit; quo in

(a) Nicolai patria. (b) Nativitas Nicolai. (c) Genealogia Nicolai.
(d) Nicolai infantia.

era decentissimo a qualunque Principe il villeggiare, e menare una vita tranquilla. Perciò s'era già ritirato in questa meravigliosa solitudine Niccolò Bielke Avo del nostro Conte per ricrear il suo animo, e goder del riposo, conveniente all'età sua avanzata, dopo di aver fedelmente sostenuto ed esercitato le primarie, supreme, e gravose Cariche del Re, e del Regno.

Vivevano ivi varj Nobili giovani parenti tutti e congiunti del nostro Conte, i quali insieme impararono li primi rudimenti de' Studj, insegnando loro dotti Maestri le arti, i precetti, e la scienza Cavalleresca. V' interveniva a titolo di passatempo il suo Avo Niccolò, cui principalmente stava a cuore, che non insuperbisce il Nipote sopra li Condiscepoli. Per ciò appunto avendo un giorno inteso, che il nostro Conte si compiaceva alle volte come Padrone di quelle delizie, acremente ne lo riprese, dicendo, che col tempo egli non sarebbe già il Padrone, ma l' infimo tra li medesimi Condiscepoli.

Di fatto in tali ed altri modi apprese Egli una disciplina colta e dimessa senza superbia. Un tal pensiero, di educare la nobile gioventù umilmente, fu ritrovato con discreto accorgimento. Nè diversamente coltivò Egli quell'età puerile, da quello dovevasi, ne' costumi e dottrina.

Era dell'età di anni dodici, (*a*) quando il di lui Padre venne eletto dal Re e dagli Stati dello Svezzese Regno in Ambasciatore Plenipotenziario alla Corte di Francia, appunto quando il Duca d' Orleans governava il Regno.

Dovendo per tanto il Padre di Niccolò portarsi colà, seco pensò di condurre anche il figlio, affinchè nella Regia di Francia raccogliesse ogni profitto nelle lettere, riflettesse sulla Corte, e nella scienza Cavalleresca finalmente si perfezionasse.

A tal oggetto, (*b*) mentre esercitava la sua Ambasceria, lo mise nel Collegio de' Nobili, che, come ricordava Niccolò stesso vivendo, è vicino al Palazzo di Lucemburgo. Fu egli molto stimato nel Collegio per la maestria sua Cavalleresca, e per l' eccellenza del suo ingegno.

Il Duca d'Orleans, che allora governava tutto il Regno di Francia, e gli altri più Nobili Cortigiani riguardarono umanamente non meno il Padre Ambasciatore, che il Figlio; nè dubitarono di lasciare, che il Figlio di questo Ambasciatore trattasse famigliarmente col Re Lodovico XV. in età ancora minore.

Appena il di lui Padre ebbe adempita la sua Ambasciata, che lasciò il Figlio in Parigi unitamente ad un capace ed atto Maestro, perchè attendesse continuamente allo studio. Avendo poi dopo la partenza del Padre lasciato di attendere alle lettere, ricevette dalla munificenza del Re la Pretura de' Soldati Svezzesi di quel Regno, ai quali come Capitano comandava.

Quindi essendo desiderato da' suoi, il di lui Maestro dispose il tutto per partire, ed intimogli il necessario ritorno giusta il comando del Padre; lo che

(*a*) Sua Puerizia. (*b*) Sua Educazione.

In loco Principem quemquam decuerat delitiose rusticari, tranquilleque commorari. Propterea enim ad miram hanc amœnitatem Nicolaus Bielke nostri Comitis avus recesserat, postquam suprema, ac simul onerosa munia Regis, Regnique Sveciæ fideliter obierat, ut paulisper sui ipsius animum relaxaret, & tandem senex ibi acquiesceret.

Plures ibi nobiles nostri Comitis aut consanguinei, aut affines juvenes moram trahebant, qui a doctis Præceptoribus prima studiorum initia, primaque erudimenta condiscebant; & ab eisdem equitum institutiones, præcepta, atque hujusmodi artis scientiam edocebantur. Aderant etiam, consumandi otii causa, Nicolai avus, qui potissimum satagebat, ne ipsius nepos super condiscipulos superbiret. Quamobrem quum audivisset, Comitem nostrum earum deliciarum Dominum aliquando sibi blandiri, acriter increpavit, asserendo, tempore non Dominum, sed infimum inter Condiscipulos, & non amplius fore.

Sic enim, aliisque modis cultam, humilemque carpsit, mente demissa, disciplinam; quod quidem educandis humiliter nobilibus astu discreto adinventum est. Non ergo absimili modo moribus, ac doctrinis, quibus illa puerilis ætas imbui debebat, avus erudivit.

Quum vero ætatis suæ duodecim numerasset annos, (a) ejus Pater a Rege, Regnique Sveciæ Statibus apud Galliam Orator plenipotentiarius est renunciatus, ea ætate, qua Dux Aurelianensis Regnum moderabatur.

Ideoque quum Nicolai Patrem eo proficisci oporteret, secum una filium ducendum putavit, ut in Galliæ Regia litteris proficeret, aulam observaret, & equestri tandem scientia perfecte imbueretur.

Propterea dum legatione fungebatur, (b) Palestræ, seu Nobilium Collegio, aggregavit, quod prope Palatium Lucemburgense esse, Nicolaus ipse vivens memorabat. In Collegio hujusmodi magni habitus fuit ob equestrem peritiam, ingeniique eximiam magnitudinem.

Oratorem Patrem non minus, ac filium, Dux Aurelianensis, qui tunc temporis totius Galliæ Regnum regebat, cæterique nobiliores Aulici, humaniter coluerunt, quin dubitaverint Filium hujusmodi Oratoris uti Rege Ludovico XV. similiter minori.

Ut primum illius Pater suam adimplevit Legationem, Lutetiæ Parisiorum una cum apto Rectore filium reliquit, eo quod studio interrupto operam navaret, atque prosequeretur. Cum vero post discessum Patris intervacandum litteris remansisset, ejusdem Regni militum Svecorum Præturam a Regis munificentia accepit, quam ipse uti Dux ordinabat.

Postea vero ad propria desideratus, statim singulas res ad discedendum ipsius Rector disposuit, atque necessarium regressum juxta paternum mandatum

B

(a) Pueritia Nicolai. (b) Educatio Nicolai.

che udendo assai gli rincrebbe, poichè si vedeva sforzato con questo ritorno ad allontanarsi da Genti Cattoliche; e perciò fuggendo si nascose nel Convento de' Carmelitani Scalzi, nella cui Chiesa, dopo molte diligenti ricerche in ogni parte, finalmente il di lui stesso Maestro lo ritrovò.

Alla fine ritornato Niccolò alla Casa Paterna, (a) comandarono li suoi Genitori, che secondo il costume de' Nobili viaggiasse pella Germania e Russia; e trovavasi appunto nell'Impero Russiano, quando morì Pietro il Czar per antonomasia il Grande.

Nel girare per li sopradetti Regni, e per le Provincie della Germania con soave forza sentì moversi dalla grazia di Dio; poichè dilettandosi in alcuni Mercati di certe varie cose vendibili, che in quelle parti eran famose, a caso osservando diverse piccole immagini di Gesù Crocifisso esposte in vendita, ne desiderò avidamente una di quelle, e benchè rozzamente lavorata, pure ritiratosi in disparte dal suo Maestro, la comperò; e questa immagine di Gesù affisso in Croce con sommo affetto se la conservò fin alla morte; di fatto rese l' anima al suo Creatore, tenendola fra le mani negli ultimi momenti di sua vita, e più volte adorandola divotamente.

Per mezzo di questa stessa Immagine, ch' egli in cuore più tosto teneva ascosa, di quello sia portasse palese, Iddio Clemente illuminò il suo intelletto così, che fatto il più attento e maturo esame, formasse un retto giudizio per stabilire, non esservi, nè poter darsi alcun' altra Religione, che fosse più certa, e sicura della Cattolica Romana, professando la quale credeva di salvar l'anima sua.

Questa cognizione della vera Religione Cattolica Romana, siccome moveva soavemente la di lui volontà, così gli destava per la Setta Luterana, in cui nacque, dell' odio e disprezzo, meravigliandosi assaissimo, che la di lui Famiglia e Patria tutta non arrossisse nel professare tanto liberamente la stoltezza de' suoi errori, e la di lei falsità.

E tanta forza faceva nel tenero di lui cuore questo raggio di lume superno, che dispreggiava gli onori, la Patria, le ricchezze, e le parentele; poichè queste sì fatte cose tutte gli erano di sommo impedimento per farsi Cattolico.

Di più, per disprezzare le accennate cose, assai gli giovava la lettura di Tommaso da Kempis, o come altri vogliono di Gersone, il cui libretto a caso fra gli altri conservati nella propria casa ritrovò: anzi più validamente a ciò lo condusse la pratica della Religione Cattolica, li di cui pii riti ebbe in venerazione, fin da quando fu a Parigi negli Studj.

Ritornato da questo nobile viaggio a' suoi, sentivasi ogni giorno stimolato a detestare la fallacia della superstizione Luterana, i di cui Liturgici riti derideva. Perlocchè, avendo ciò osservato li di lui Genitori, imposero al Predicante famigliare Luterano, che predicando giusta l' uso de' Luterani in Casa, nelle sue prediche lo rampognasse pubblicamente.

(a) Sua Adolescenza, e suo nobile Viaggio.

datum ipsi indixit; quod audiens ægre tulit, eo quod hic discessus a Gentibus Catholicæ Fidei dicatis procul ire cogebat; ideoque aufugiens ad Conventum Carmelitarum Discalceatorum se abdidit, in quorum Ecclesia post undequaque exactam diligentiam, orantem ipsemet Rector captavit.

Paternæ domui tandem Nicolao regresso, (a) jussere Parentes, ut more Nobilium totam Germaniam, Russiamque lustraret; atque huic Russiano Imperio adfuit, cum Zarius Petrus antonomastice Magnus diem ultimum clausit.

Inter peragranda super signata Regna, & Germaniæ Provincias, gratia Dei suaviter, & fortiter percuti se sensit; quia cum se oblectasset in quibusdam nundinis variarum rerum vendibilium, quæ in illis partibus celebrabantur, casu intuitus diversas imagunculas Jesu Cruci affixi pretio expositas, quamdam ex iis avide appetiit, etsi rudi arte adlaboratam, tamen clanculum a Rectore semotus, extemplo sibi coemit; quam Jesu Cruci affixi effigiem & corde, & sinu ad obitum usque servavit: Nam in mortis articulo eamdem manu tenens, devoteque pluries adorans, spiritum suo Creatori reddidit.

Hac effigie magis in corde, quam in sinu ipsius recondita intellectui suo Deus clemens infulsit, ut, adhibito, attento, maturoque studio, recte nosceret, nullam aliam Religionem esse, vel inveniri, quæ verior, securiorque esset Catholica Romana, in cujus professione animam suam salvam fieri posse credebat.

Ista sane notio veræ Religionis Catholicæ Romanæ, sicuti ipsius voluntatem suaviter affectabat, similiter efficiebat, eam, qua ante natus erat, Luteranam sectam abominari, atque despicere; mirum in modum stupentem, quod ipsius Familia, Patriaque tota hujusmodi insaniæ errores, ac falsitatem tam libere profiteri neutiquam erubesceret.

Hic quoque superni luminis radius tantam in adolescente vim faciebat, ut & honores, proprium solum, divitias, ipsiusque etiam carnem, & sanguinem despicaretur; quia & aliunde hæc omnia, ne Catholicæ Religioni adscriberetur, summo erant ipsi impedimento.

Despiciendis insuper omnibus narratis valde eidem favebat lectio Thomæ a Kempis, vel, ut alii volunt, Gersonis, cujus liberculus inter alios domi suæ servatos ab ipso fortuito inventus fuit; imo validiusque Catholicæ Religionis praxis, cujus pios ritus, dum Lutetiis Parisiorum studuit, devoto animo observavit.

Ex hujusmodi nobili lustratione ad propria reversus, stimulis quotidie internis pungebatur Luteranæ superstitionis fallaciam detestandi, cujus liturgicos ritus irridebat; idcirco, ut notavere parentes, prædicanti domus Luterano imposuerunt, ut ipsum fortiter incusaret in publicis prædicationibus, quas more Luterano domi habebat. Ut ergo Dominis suis Prædi-

B 2 cator

(a) Adolescentia Nicolai, ac Nobilis peragratio.

te. Per compiacere adunque a' suoi Padroni il Predicante gravemente invelì contro Niccolò; e per questo appunto fu, che dalla Casa paterna lo discacciò sforzatamente, avendo sempre pregato il Padre, che lo nominasse Vescovo. Non resistette il Padre al desiderio di chi ne lo pregava, polchè più stimava il piacere del figlio, che la servitù di quel Predicante.

Non molto dopo, dentro qualche intervallo di tempo, ritornò In Francia per servire qual regio Prefetto. Ebbe colà un familiar commercio coll' illustre chiarissimo Prelato di Polignach, a cui fece intiera confidenza delle agitazioni, che provava l'animo suo.

Da di là essendo stato richiamato in Svezia, lo dichiarò il Re fra Nobili suo Cortigiano, e lo volle aggregato al servigio di sua regia Casa; il quale con diligenza attendendo, veniva ad essere assai amato e per sua ottima educazione, e per l'origine del suo sangue.

Questa nobil famiglia Bielke aveva nella Livonia, Provincia soggetta alla Russia, due poderi posti in vendita, e che avevano scansato la confiscazione. Per ricuperarli, i Genitori mandarono colà Niccolò. Regnava allora nella Moscovia la Czara Catterina Imperatrice, la quale umanamente accolse il nostro Conte, ed assai lo distinse. Ivi era pure il Duca d' Olsthain, che si sforzava di persuaderlo a contraere matrimonio con certa Chiarissima Principessa di questo Impero, chiamata Smoskoff. Aderiva volentieri a queste nozze Niccolò, perchè vien permessa la libertà di coscienza nel medesimo Impero (dove a qualunque era lecito professare qual si voglia Religione), e perchè sommamente egli desiderava d' essere un giorno ascritto alla Religione Cattolica Romana.

Tostochè pervenne all'orecchio del Padre questo affare, che trattavasi dal Duca di Olsthain, di ammogliare il suo figlio in quell' Impero, egli stesso colà si portò, e con somma accortezza lo fece ritornare alla propria Casa.

Quindi i Genitori chiedendogli, (a) se voleva congiungersi in matrimonio coll' illustre Signora Eduige Elisabetta Sach di pari nobiltà e chiarezza, ed essendone contenta e l'una e l'altra parte, si assoggettò il medesimo alla volontà de' medesimi, e loro rispose di accettare la stessa volentieri in sua Sposa e per le doti, che la illustravano, e per le qualità di sua Prosapia, che la distinguevano. Perciò solennemente nel dì 27. Agosto 1727. furono celebrate queste Nozze.

In mezzo alle delizie e ai piaceri nuziali il suo animo era totalmente inquieto. Laonde a' suoi Genitori manifestò il desiderio, che aveva, di andare a Parigi per sollevarsi alcun poco unitamente alla Sposa: e ciò fu dopo solamente sei mesi, dacchè aveva contratto il matrimonio.

Ma il Padre del nostro Conte assaissimo temendo, che stando a lungo nella

---

(a) Suo Matrimonio.

cator solatium afferret, ac voluptatem, redargutione gravi in Nicolaum exagitavit; quamobrem illum e patriis ædibus repelli coegit, porrectis Patri quotidie precibus, ut Episcopus renunciaretur. Desiderio postulantis Pater non renuit; ipsi enim filii solatium magis cordi suo erat, quam illius concionatoris servitus.

Non multo postea delapso tempore ad Gallias regressus est, ut regiæ Præfecturæ officio fungeretur. Eo eximio, clarissimoque Præsule de Polignac familiariter usus fuit, cui animi sui agitationes libere reseravit.

Cum autem inde revocatus esset a parentibus ad Sveciam, Rex Sveciæ suum ex nobilibus Aulicum declaravit, eumque aggregari mandavit regiæ domus suæ servitio, quod non segniter exequebatur, in eodemque etiam magno prosequebatur amore, tum ob sanguinis originem, tum quoque ob indolem bene optimeque educatam.

Nobilis hæc Bielke Familia duo proscripta habebat prædia in Livonia, quæ Russianæ ditioni subditur, eaque a proscriptione jamdiu fugerant. Ut ergo illa recuperaret amplissima prædia, Nicolaum parentes eo miserunt. Ea ætate Imperatrix Catharina Zaria in Solio Russiæ jam principabatur, quæ nostrum Comitem benigne accepit, immo non parum distinxit. Ibique moram agebat Dux Holsthaim, qui eum ad nuptias contrahendas nitebatur inducere cum hujusmodi Imperii Principe clarissima, quæ cognominabatur *Smeskoph*. Huic propositioni contrahendi nuptias Nicolaus libenter adhærebat; quia in hoc Imperio libertas conscientiæ permittitur (scilicet, ubi cuicumque quamcumque Religionem licet profiteri) vehementer ipse æstuans, qua ducebatur, Religioni Catholicæ Romanæ ibi adscribi.

Ut autem ad aures Patris res pervenisset, negotium nempe, quod a Duce Holsthaim agebatur, ut in eo Imperio filium nuptui traderet, mox ipsemet Pater eo profectus summa cum industria in ejusdem domum reducem fecit.

Subinde parentes cum sciscitati sunt, an vellet matrimonio se conjungi cum clarissima Domina Edvvige Elisabeth Sach, genere ac nobilitate pari; nam utriusque parentelæ consensus accesserat: Igitur voluntati parentum se subjiciens, eorumque consensui accedens, respondit, se prædictam illustrem Dominam libenter accepturum ob ejus dotes, generisque qualitates; ideoque hujusmodi nuptiæ solemniter celebratæ fuerunt die 27. Augusti 1727.

Inter has delicias nuptiarum nullam ipsius animus inveniebat requiem: propterea suis parentibus, quo æstuabat, desiderium manifestavit, Parisios se conferendi, ut animum suum una cum Sponsa aliquantulum oblectaret; sex tantummodo post transactis mensibus, quibus matrimonium inierat.

At Pater nostri Comitis maxime pertimescens, ne in Galliæ Regia diu resi-

(a) Nicolai Matrimonium.

nella Regia di Francia, avesse ad abbandonarsi del tutto alla Fede Cattolica Romana, per questo ritrovò causa sufficiente di ciò non concedergli, anzi di assolutamente negargli la grazia.

Ma il continuo pensiero di abjurare l'Eresia di Lutero, e di professare la Romana Cattolica Religione, lo indusse a fingersi ammalato, ed a permettere di cuore, che li Medici gli dessero varie medicine, ed inghiottite bevande purgative, ed a lasciarsi anco cacciar sangue; le quali cose tutte, com' egli con garbo diceva, veramente lo resero infermo. Frattanto sempre desiderando di passare in Francia per respirare quell' aria salubre, che credeva giovevole esser dovesse alla sua salute, così crebbe la brama, che dovette fingere d' avere peggiorato, e d' essere divenuto delirante; e perchè di natura era gracile e molto debole, sembrava, che ogni giorno più si aggravasse la sua malattia.

Il Re, che l' amava, visitar lo volle benignamente. Per questo fu dal Genitore allora supplicato, che non volesse concedere al figlio di andare a Parigi, se mai gliene facesse l'inchiesta. Fatto certo di una tal prevenzione, e visita, della quale voleva onorarlo il Sovrano, tostochè nella sua Camera quegli entrò, mostrò qual frenetico, ed astratto di non conoscerlo; ed avendolo il Re veduto sì debole ed estenuato, e così fuor di senno, che non l'aveva neppur conosciuto, rivolto al Padre, pietosamente gli disse, essere di necessità il permettere al Figlio di andar in Francia, perchè potesse ricuperare la salute; altrimenti fra breve tempo sarebbe per finire la sua vita: Ma gli desse sì fatta licenza a condizione, che guarito, e pria di partire per Parigi, dovesse insieme colla Sposa andare alla Cappella Reale, ed ivi amendue confessarsi giusta il rito Luterano.

Appena udì Niccolò darglisi una tal licenza dal Re, che principiò a migliorare; e quindi nella Regia Cappella si confessò, e con la Moglie prese la Comunione. Perlochè ottenne dal Re la desiderata licenza.

Di vicendevol consenso poi prepararono le cose necessarie al viaggio, e per far nella Francia quella figura, che lor conveniva, proccurarono di seco portare quegli Argenti, che erano opportuni al loro servigio, e quelle preziose gemme, ch' erano di maggior valore, e si comprarono dei vestimenti di gran bellezza. Con allegria era in faccende Niccolò ad accumulare queste cose, perchè assai era trasportato dalla premura di non più ritornarsene a' suoi dalla Francia; e perciò quanto gli veniva alle mani di prezioso seco lo portò, e fece sue anche quelle cose tutte, che fuor della sua Patria stimavansi utili e grandi; e per questo la di lui Madre gli diede alcuni Biglietti originali, in cui virtù egli avesse in tal occasione dal Errario Reale di Francia la somma di Lire 836000. le quali erano per giustizia dovute agli Antenati di sua famiglia, che avevano servito quel Regno.

Essendo dunque finalmente arrivati a Parigi questi nobilissimi Sposi, vennero distinti, e benignamente ricevuti dal Re Lodovico XV. ad di d'

oggi

resideret, intereaque Fidei Catholicæ Romanæ ibi se traderet, atque omnino committeret; idcirco sufficientem causam habuit, ne id illi concederet, immo absolute negaret.

Verum assidua cogitatio Luteri insaniam detestandi, Religionem Catholicam Romanam profitendi ipsum illexit, quod se ægrotum simularet, repetitaque medicamina sibi a Physicis applicari libenter pateretur, potationes purgativas sæpe absorberet, ac demum remedia eliciti, & eliciendi sanguinis permitteret, quæ omnia (sicut ipsemet non insulse ajebat) vere ipsum ægrotare fecerunt. Interea Galliam migrare continuo exoptans causa se reficiendi illius aeris salubritate, quem proficuum saluti fore sibi credebat; ita ergo crevit in ipsius anima hæc voluntas, ut pejus se habere, & tanquam delirantem finxerit; & quoniam gracilis, valdeque debilis erat, gravior quotidie in eo morbus fieri videbatur.

Rex, qui eum amore prosequebatur, ipsemet domi propriæ nostrum ægrotum voluit benigne invisere. Quare a Genitore fuit tunc suppliciter exoratus, ne filio veniam concederet Parisios adeundi, si forte eam ab ipso efflagitasset. Hujusmodi præventionis conscius, atque visitationis, qua Rex honorare dignabatur, ubi suum cubile ingressus est Rex, ipsum, abstracta mente ad instar insanientis, non agnoscere simulavit; cumque adeo debilem, atque extenuatum Rex vidisset, & etiam sic, ita mente captum, ut nec eumdem amplius cognosceret, ad Patrem miseratione conversus inquit, oportere ei veniam dare Galliam eundi, ut se paululum reficeret; aliter suus filius vitæ cursum breviter confecturus: Verum tamen ipsi veniam hac conditione concederet, si a morbo relaxatus, & priusquam Lutetias versus demigraret, simul cum Sponsa regium Sacellum adiret; ibique ambo exomologesim facerent more liturgiæ Luteranæ.

Cum Nicolaus audivisset hujusmodi veniam a Rege, statim melius se habere cepit; exindeque in regia Capella exomologesi, communioneque una cum uxore se reficere procuravit; quamobrem concupitam licentiam tandem a Rege obtinuit.

Res inde itinerando necessarias mutuo consensu paraverunt, utque in illa Galliæ Regia, prout eos decebat, moram traherent, argenta ipsorum servitio apta, gemmasque quamplurimas, quæ domi magni habebantur, secum ferre curarunt, vestimentaque vetustatis magnæ comparaverunt. Libentissime hæc accumulanda Nicolaus inhiabat, quia magnopere ex Gallia nunquam amplius ad propria regredi ambiebat; ideoque tantum pretiosi arripuit, quantum in manus eidem offerebatur, sustulitque simul ea omnia, quæ extra solum patrium utilla æstimabantur, ac pretiosa; propterea ipsius Mater breviculos quosdam originarios ei tradidit, ut eorumdem virtute ex ærario Galliæ Regni summam 836000. librarum ea opportunitate exigeret, quæ servitio Regni Galliæ præstito a majoribus ipsius domus jure debebatur.

Cum igitur nobilissimi hi conjuges Parisios tandem adventassent, a Rege Ludovico XV. adhuc feliciter regnante, benigne accepti, distinctique fue-

oggi felicemente Regnante. Di fatto era cognito al Re ancora in età minore fin da quando il di lui Padre era ſtato Ambaſciatore a quella Corte, come ſopra ſi diſſe. Ma la Regina, eſſendo con gran treno paſſata per Stokholm per andare queſta Chiariſſima Signora a maritarſi col Re; quello di Svezia, e gli Stati del Regno, preſentataſi queſta onorevole occaſione, eleſſero li Congiunti tutti di Niccolò, perchè la ſerviſſero per tutto il paſſaggio; lochè e con compiacimento del Re e della Regina di Francia ſua Spoſa, e con non minore ſoddisfazione del Re e degli Stati tutti di Svezia fu da loro con onore eſeguito. Offerirono alla Spoſa futura Regina di Francia con queſta occaſione i Genitori il lor figliuolo Niccolò ſupplicandola del di lei padrocinio, che loro promiſe queſta clementiſſima Signora.

Da queſto accoglimento grazioſo del Re e della Regina non poca ſtima e venerazione ſempre più acquiſtava nella Corte Niccolò e la ſua Spoſa. Ma l'incoſtanza della Fortuna non laſciò lungo ſpazio, che dall' invidia non foſſero preſi alcuni, di animo troppo ambizioſi. Lochè avendo ſcoperto a tempo certo illuſtre Miniſtro di quella Corte, ſtimò più ſicuro avvertirne Niccolò per eſtirpare dalle radici le emulazioni che potevano eſſer prodotte da tal cagione in avvenire, col dirgli, eſſere già tempo di ritornare a' ſuoi, ch'erano aſſai deſideroſi di abbracciarlo quanto prima colla propria Moglie.

Una tal efficace inſinuazione, benchè civiliſſima apportò non poco dolore al noſtro Conte; perchè ciò ch'egli aveva in cuore, l' aveva ſecretamente confidato al medeſimo; cioè il deſiderio ardente di abbandonare gli Errori e la falſità Luterana, e di donarſi alla Fede della Religione Cattolica; e perchè qual mira aveſſe il conſiglio di quel Miniſtro, egli non penetrava; dal quale gli veniva tolta l'opportunità di eſeguire il ſuo ſantiſſimo proponimento, e deliberazione.

Prima di partire queſti due Chiariſſimi Conjugati, ſi portarono dal Re e dalla Regina, e dagli altri Principi di quella Regia, recando li loro doveroſi ringraziamenti, ed aſſerendo riverentemente di dover ritornare alla Patria.

Mentre ſi preparavano totalmente a queſta partenza, il noſtro Niccolò ricevette l' avviſo infauſto della ſeguita morte di ſua Madre, la quale aſſai gli rincrebbe, ed intima triſtezza perciò occupandolo, versò molte lagrime, e profondamente penſando eſſere a lui neceſſario il ritorno alla Patria, dove gli ſi rendeva impoſſibile l'eſeguire il ſuo diſegno, gli ſembrava d'altra parte moleſto il ritorno medeſimo.

Finalmente ceſſato alquanto il dolore, ſi miſe a conſultar con la Moglie ſopra ciò che doveva farſi; onde alla fine fu ſtabilito di andare in Amburgo, donde la Moglie paſſaſſe a Stokholm, ed egli prendendo la via dell' Impero la doveſſe aſpettare in Auguſta, e là traſmettergli quella maggiore quantità di denaro, che aveſſe potuto, arrivata che foſſe alla propria Caſa. Infatti gli traſmiſe diecimila Scudi, ed altre coſe di gran prezzo, e tutto ciò, che potè, non laſciò di fargli tenere, avendo ferma ſperanza di poterſi ſeco riunire un giorno.

fuerunt. Regi enim adhuc in minoritate constituto satis notus erat ex eo tempore, quo ipsius Pater apud Gallias Oratoris officio fungebatur, ut supra dictum manet. Regina vero, ex eo quod hæc Europæ clarissima Domina Regem desponsatura magno comitatu Holmiam pertransivit; oblata hac honoris occasione, Sveciæ Rex, Regnique status omnes Nicolai parentes selegerunt, ut huic magnæ Dominæ in toto transitu obsequerentur; quod tum gratitudine Regis Galliæ, ejusque Sponsæ, tum non minori satisfactione Regis Statuumque omnium Sveciæ ab eis honorifice executum fuit. Hac opportunitate parentes filium Nicolaum Sponsæ futuræ Reginæ Galliæ obtulerunt, erga eumdem patrocinium supplicantes, quod benigne clementissima Domina eis promisit.

Hac Regis, ac Reginæ gratiosa ex narratis acceptione non parum erga Nicolaum, ejusque consortem nobilium Aulicorum æstimatio, simul ac cultus augebatur. Sed non passa est diu mutabilis rerum fortuna, quin flagrarent invidia nonnullorum animi nimia ambitione capti. Quod cum præmature sensisset illustris quidam Aulæ Minister, ut quascumque imposterum ex hac causa emulationes funditus everteret, satius duxit, Nicolaum commonefacere ipsi imminere jam tempus redeundi ad suos valde quidem cupidos eum atque Uxorem quam citissime amplectendi.

Non parum doloris nostro Comiti attulit hæc plena quidem urbanitatis, sed nimium efficax insinuatio; quia ei, quod animo servabat, ante secreto reservaverat; nempe se summopere desiderare ab erroribus, ac falsitate Luterana surgere, & Catholicæ Religionis fidem amplecti; quamquam quo tandem spectaret Ministri illius consilium, a quo profecto Nicolao sanctissimi sui propositi exequendi pulcherrima omnium opportunitas auferebatur.

Exinde sese clarissimi duo Conjuges, ante discessionem, apud Regem, & Reginam contulerunt, unaque etiam apud cæteros illius Regiæ Principes, gratiasque debitas agentes, suamque patriam versus iter arripere reverenter testati fuerunt.

Eodem tempore, quo omnia discessui parabantur, infaustum nuncium de morte scilicet suæ Matris noster Nicolaus recepit, quo valde doluit, ac intimo mærore affectus, lacrymas non paucas effudit, aliunde regressus ad propria ipsi molestus videbatur, profunde cogitanti, se ad domum tendere operæ pretium esse, ubi impossibile reddebatur suum exequi desiderium.

Tandem aliquantulum moderato dolore id, quod agere oportebat, cum conjuge sua consuluit; ideo ultimo ab eis statutum fuit Amburgi, ut Conjux Holmiam adiret, atque ipse viam Imperii suscipiens, Augustæ eam expectaret; idcirco dum propriam domum perveniret, eam pecuniæ copiam, quam poterat illo mitteret: & revera decem millia scutorum eo ei transtulit; aliaque magni pretii ornamenta; & demum omne illud, quod potuit libenter hæc omnia Conjux transmittendo exequebatur, animo servans tandem eo se posse conferre.

Ma non avendo la Moglie potuto eseguire in niun modo il progetto, da loro formato, di unirsi in Augusta; anzi essendole stato proibito di uscir fuori del Regno di Svezia, avvertì con sue lettere Niccolò d'un tal contrattempo.

Allora fu obbligato Niccolò, che ne sentì un' intensa mestizia, a portarsi a Lindau, per liberarsi da una malattia di petto, da cui era stato assalito, e per esser colà curato con opportuni rimedj da un Medico in quelle parti dimorante di grand'abilità, e di molto concetto. Avendo ricuperato per grazia di Dio, la sua salute, rirornò iu Augusta, dove stando ad una finestra di sua abitazione, vide a caso ed osservò un Vetturino Veneziano, che si affliggeva moltissimo per non ritrovare alcuno, il quale nolleggiasse il suo legno per ritornare alla Patria; cosicchè era costretto a vendere tutto il suo, onde poter mantenersi.

Mosso Niccolò a compassione, seco intraprese tosto il viaggio verso Venezia, dove arrivato fermossi alquanto con sommo piacere avendo osservato quella Dominante degna d'esser veduta.

Quindi ritornato un'altra volta in Augusta, fu assalito in tal modo da una malattia articolare o sia reumatica, che dall'estremo dolore non poteva movere nè le braccia, nè i fianchi.

Si conserva in Augusta una certa Immagine della Beatissima Vergine Maria, (*a*) la quale a cagione degli inauditi miracoli e grazie con somma divozione è venerata. A questa Madre di grazie raccomandò l' anima sua e la sua vita, pregandola, se così le piacesse, a degnarsi di restituirgli la sua primiera salute; e benchè non avesse ancora abjurato come desiderava, la Setta di Lutero con un'atto legale; contuttociò, per quanto affermava, gli era sembrato in sogno, che questa Madre di pietà e di misericordia gli avesse colla mano toccato soavemente il braccio, e tutto il fianco, cosicchè tolto il dolore, l'avesse perfettamente ristabilito in salute.

Svegliatosi infatti la seguente mattina non ebbe più quella dolorosa infermità, movendo poscia senza dolore il fianco, e il braccio. Per questo andò divotamente alla di Lei Cappella, onde renderle per tanto beneficio meritamente le dovute grazie, ed in segno di sua gratitudine offerì umilmente e donò un braccio di argento del peso e grandezza simile al suo risanato.

Per ricordarsi sempre di questa Grazia, volle avere un Ritratto di questa divota Immagine.

Frattanto, avendo sempre tenuto corrispondenza col mezzo di lettere con sua moglie, stimò essergli d' uopo di andare a Vienna d'Austria per tenere qualche conferenza coll' Ambasciatore Svezzese, e col Principe Eugenio di Savoja, onde aver col loro mezzo favorevoli il Re di Svezia, e l' Imperator Carlo VI. perlocchè stabilì, che sua Moglie si portasse in Augusta, siccome avevano stabilito vicendevolmente in Amburgo. Ma a ca-

gio.

(a) Grazia di Maria Vergine.

Sed cum ab ipsis constitutum, scilicet se simul Augustæ sociari, omnino exequi Conjux nequivisset, immo potius eidem prohibitum esset extra Sveciæ Regnum discedere, quod per epistolas Nicolaum certiorem fecit.

Tunc Nicolao intense mærenti in Lindaviam proficisci opus fuit causâ se liberandi a mala pectoris valetudine, qua languebat, ut eo opportunis remediis pristinæ bonæ saluti redderetur ab perito, & magnæ opinionis Physico, qui Lindavia morabatur; qua tandem restituta, Deo juvante, iterum Augustæ mænia vidit; ubi ex fenestra domus, in qua inhabitabat, fortuito vidit, atque animadvertit, perductorem, seu aurigam Venetum vehementer affligtari, eo quod neminem reperiret, ut suo vehiculo in patriam regrederetur; ideoque necesse habebat omnia sua venum ire pro se sustentando.

Nicolaus miseratione motus una cum eo absque mora Venetias contendit, ibique aliquamdiu commoratus magna voluptate illam visu dignam Dominantem interim observavit.

Inde ad Augustam iterato regressus; morbo articulari, seu rheumatico ita ægrotavit, ut nec quidem dolore cruciatus brachium, nec latus movere quiverit.

Augustæ servatur quædam imago B. V. M. (a) quæ ob inaudita miracula, ac gratias devotissime colitur. Huic gratiarum Auctrici spiritum, vitamque suam precibus exoravit, ut, si vellet, pristinam salutem ipsi restituere dignaretur; & quamquam quod corde appetebat, Luteranam sectam nondum ejecerat juridico actu; tamen (ut ipsemet fatebatur) ipsi visu videbatur noctu Matrem pietatis, ac misericordiæ brachium ipsius, totumque latus manu suaviter tetigisse, doloremque omnem amputasse, sicque perfecte sanum reliquisse.

Et revera postera die expergefactus, illo doloroso morbo omnino caruit, ac deinceps latus, & brachium sine dolore movit; quare ad B. V. Mariæ Sacellum devote perrexit, ut ei debitas gratias pro beneficio jure redderet; idcirco in signum grati animi argenteum brachium, magnitudine, ac pondere ipsius jam sano simile, ei supplex obtulit, donoque dedit.

Hujus gratiæ ut semper reminisceretur, copiam hujus devotæ imaginis secum habere voluit.

Interim litteris cum Conjuge communicatis, pro comperto habuit, opus ipsi esse Viennam Austriæ proficisci, ut cum Sveciæ Oratore & Principe Eugenio Sabaudiæ ibi conferret, ut apud Regem Sveciæ, ac Imperatorem Carolum VI. ipsum juvarent, quare Conjux sua Augustam veniret, sicut Amburgi mutuo decreverant. Verum amborum consilio hoc facile ipsi fortasse futurum esse sperans, ad Augustam iterum se recepit de Conjugis

(a) Gratia B. V. Mariæ.

gione del consiglio di ambedue sperando, che ciò facilmente potesse forse avvenire, ritornò in Augusta fidatosi sull'arrivo della moglie; la quale fu da esso colà aspettata finchè conosciuta l' impossibilità della cosa, andò un'altra volta a Venezia.

Prese là una Casa ad affitto, e per essere incognito a tutti, si nominò il Cavaliere di S. Isidoro. Prese poscia, come conveniva, secondo il costume de' Veneziani, una Gondola e Barcajuoli, ed ivi principiò a trattare colli Forastieri, ed Ospiti più nobili, che in allora giusta il solito con piacere erano in Venezia; principalmente col Conte di Gergì, ch' era Regio Ambasciatore. A questo unicamente ha fatto la confidenza di manifestar, ch'egli si fosse, e pet qual motivo là si avesse portato, appunto perchè presentasse le sue umili istanze al Re di Francia, onde lo volesse onorare del suo Patrocinio presso Clemente XII. Romano Pontefice.

